



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 106. Hannibal Albanus Papæ Nepos Romana Purpura decoratus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

impetu obrutus, & annona omnique Sæc. XVIII.
 bellico ad obsidionem apparatu post A. C. 1712.
 Marchiunam a Gallis expugnatam, spo-
 liatus obsidionem solvere coactus est.
 Insuper etiam Galli Duacum die sexta
 Septembris, & Querectum die quarta
 Octobris, ac denique Buchanium die
 trigesima ejusdem Mensis recuperarunt
 & Angli Gallis juncti Gandavum &
 Brugas interceperunt. Postquam vero
 Angli a Cæsareis partibus defecerant, &
 Philippus V. abdicato jure in Gallicam
 coronam, & Bavariæ Electori Belgium
 Catholicum cesserat, Galli & Hispani
 cum Lusitanis quadrimestrem armorum
 cessationem sanxerunt, proin Cæsarei
 bellicam hujus anni expeditionem in-
 glorio prorsus successu absolvere coacti
 sunt.

§. CVI.

*Hannibal Albanus Papæ Nepos Ro-
 mana Purpura decoratus.*

Jam anno priori Pontifex, suum ex
 Fratre Nepotem Hannibalem Alba-
 num die vigesima tertia Decembris Car-
 dinalem creaverat. Hic nullatenus
 sanguinis prærogativa, sed meritorum
 suffragio Romanam Purpuram emerat;
 per plures enim annos in gravissimis
 Ecclesiæ negotiis apud Cæsarem & præ-
 cipuos

Sæc. XVIII. cipuos Germaniæ Principes non sine
 A. C. 1712. maxima laude, rerumque prospere ge-
 starum gloria Nuntii *Extraordinarii* mu-
 nere fungebatur, inde vero reverius,
 cum Urbini sese apud Principes sibi
 sanguine junctos detineret, tandem
 post duodecim Pontificatus annos, post
 viginti sex alios Cardinales a suo Pe-
 truo creatos, primum in sexta in-
 auguratione a Clemente rara sane
 Pontificis moderatione ad Purpurato-
 rum Collegium assumptus est. Hoc
 anno autem die decima Januarii
 solemniter, & pro dignitatis, affinitatis
 que merito pompa Romam ingressus
 occurrentium sine numero & gratulan-
 tium catervam excepit, titulumque
 Diaconi ad S. Eustachium inter Pur-
 puratos adoptavit.

§. CVII.

*Undecim Præfules a Clemente XI.
 Papa Romana Purpura decorati.*

*Orat. Con-
 sist. Clem.
 XI. p. 74.
 Guarnac.
 vit. Pontif.
 t. 2. p. 164.*

Hoc autem anno Pontifex die decima
 octava Maii secretum, ut vocant
 habuit Consistorium, in quo Purpura-
 tis declaravit, quod octodecim, qui ad
 septuagenarium Collegii numerum comple-
 rendum tunc defuerant, Cardinales
 creare constituerit, ex his tamen non
 nisi undecim, septem in pectore refer-
 vatis,